

Doctori Romphio.

130

Amplissime ac Doctissime Vir.

(363)

Rogat et mandat, cuius nobis postulata, imperia sunt
ut voluntas pro ratione, ut serenissimam Maorem
ne deserat, donec ejus valetudinem confirmatam
videris, adeo ut tuto de impune Hagam trans ferri
possit, aut quocumque libuerit. Vale Vir amice
et ama

Tuum.

Maldeghevo. 18. Jul. 1644.

C. H.

Barlaeo.

Amplissime ac Doctissime Barlaeo

(364)

Est in epithalassii Batavia nobilis sive vicus, sine
municipium, sine pagus, sine, ut volunt nuperi
magna Urbis Epopla Metropolis vel Emporium anti-
cum, cui nisi fallor Haga nomen est. In eo mihi
domunculam habitari ajunt, qua tribus acroteris, toti-
dem foeminarum genulis, salutare subintroitum vidi-
tunc advenas peregrinos, nisi quod haec vivas bipedes
austeritate sua creduntur arceat, et noverca in primis
erga novercas esse. Heic si deponi cures quas ad me
in posterum, petasus atq, literas datus es, cura
buntur scilicet quam ociosissime, et quindecim sic totos
dies compendii facies. nam, ut e paraphrasiprodeam
quas ad me 4. Julii dabas, hodie 20. redditae fuerunt.
Tanto circumtus tantillum dixi. Itaque quod reliquum
est, tribuo ut nuptiis tuis ut intersim, jubeo. Bene est
chorage mi, et adero, si qua tamen me instruxeris
Dardalea merce, et e talis vel galerulo facundi Nepotis
vel τῆς ἰπποκρυῖνος volueris, fossore, plumulam
transmiseris, nam ut nunc est, non sum volandi
peritior, quam aut ardea natandi, aut levissima
molarum. De primogenito item quod mones, curabitur
proximus ab hisce nuptiis utriusque nomine ut
accedat, patri et suo, nunc uterque se ut excusatos
habeas, afflictim rogant. Quemadmodum e paraphra-
si modo, nunc e joco item prodire iubet, et increpare
te quidem serio, mi Barlaeo, quod si ve serius, si ve
videns effari ausus sis exiguo meo Rhenensi cabulo
quidquam retribuere intendisse, quod illustri opere
per te

per te nobis impensa audiat vel quasi. Non tu mercenari-
am mihi manum locasti. non ego conductitiâ usus
sum. Memor es quam plenâ, quam liberali tuâ spon-
factum quod fecimus. Et intelligo ipse, quam amica
humanitatis officia pensari nefas sit ullâ mercede.
Cadulum ergo illud, de quo nimis hic dudum sermo
est, quid significasse putas, nisi te Barlaam esse
me Hugenum? qui tum quoque, cum vulgi dentem
subiturus n..... nec profatione ^{cumque} cuiusquam indigebat.
non desinam Barlai amicitiam colere, et hoc testari
cadulis, aliove eis vel, sue cadisue, prout in manum
mentemque venerint. De conjugio, quod clarissimâ
affinitatum nomina indicant, perquam opportuno
omnia fausta apprecor. Sapis me hercule, qui dum
tempus est, et tu superstes, bonum facis. Ego enim
ita censeo plures esse, qui se Barlai generos profiteri
malint quam hæredes. Momenta nostra hæc hactenus
excipiuntur, quo par est plausu te prosceneta. Exer-
plarum donec offerendorum vis dum finem inueni-
et est nescio quæ amicorum meorum hydra, ut
coffertis tot capitibus, alia itidem succrescant. R
Debis aliquando, et fortasse non contemnes varietate
tem tot Epigrammatum, quibus plerisque sua inscri-
nisi me sufflamino, ipsa hæc libellus fiet, nec vestibulu
triclino cedit, quos mihi convivæ Hoofdijs, Wicque for-
tios, Bossios, et instar amicorum Tesselas recenses, quæ
buscum si ~~vivere~~ meus essent, et vivere et pergracari
daret, linori nunc meo et agritudini nata nomina
narras. pascere si tacitis: habebis tantum dapis, et
rica multo minus. Nam de Viduâ, me crede, nondum
sic debellatum est inter nos, et hoc olim argumentum
auctionem dabimus alteram editionem. Interim
Vale Mi Amice, et totum hoc lepidissimum chora-
gum tuum meis verbis officiosissime saluta. Maltey
in castris XX. Jul. 1644.

Inscriptionum ad amicos ultimam,
quia commoda ad manum est
hæc includam.

Golio.